65.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

8233




Rep. XXXI. 4. no 65.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

# QUÆSTIONES CONTROVERSI JURIS CIVILIS MISCELLANEÆ,

QUAS

*D. T. O. M. A.*

SUB PRÆSIDIO.

Clariſſimi & Conſultiſſimi viri

# DN. ANTONII MATTHÆI, I. U. DOCTORIS ET IN ILLUSTRISSIMA CATTOrum Academia Marpurgenſi Profeſſoris, præceptoris & fautoris ſui debito honore & obſervantia æternum proſequendi.

*In publico ICtorum collegio pro ſuarum virium modulo defendere conatur*

GEORGIUS SCHUTZIUS WEISSENFELSENſis Miſnicus.

*Marpurgi Cattorum,*
*Ex Typotheca Rodolphi Hutvvelckeri*
*Anno Chriſti 1610.*

17

ILLUSTRI AC GENEROSO DN. DN. HEINRICO REUSSEN, JUNIORI, Baroni in PLAUEN, CRANNIGFELDT, GERAU SCHLAITZ & LOBENSTEIN &c. Dn. meo clementi.

Nec Non

Dn. M. JOANNI VOLCKMARO, viro clariſſimo & conſultiſſimo, eodem Generoſo Dn. Baroni à conſiliis intimis.

DN. JOANNI ALBRECHT.

DN. VALENTINO KAIL, prædicti clementis Dn. quæſtoribus digniſſimis, illi in LOBENSTEIN, huic in CRANNIGFELDT.

Dn. NICOLAO GRAUL, Conſuli apud Geranos prudentiſs.

DN. PAULO LICHTENHAIN, præfecturæ Electoral. Saxon: quæ eſt Weiſſenfelſiæ, Actuario fideliſs: omnibus affinibus & fautoribus ſuis colendis.

ET

Dn. CHRISTOPHORO SCHÜTZ, Judici apud Weiſſenfelſenſes ſelectiſs. parenti ſuo æternâ obedientiâ & obſervantiâ proſequendo

Haſce quæſtiones juris in debitæ ſubmiſſionis ſignum dedicat & offert

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## I.

CUm nulla lex ſit neque conſtitutio humana, quæ non cauſam trahat ex natura *a)* placuit primò de jure naturali tanquam vetuſtiore *b)* aliquid diſſerere. Unde deſumi poteſt quęſtio; An ob defenſionem corporis ſui hominem occidere permiſſum ſit? quod omni jure fieri poſſe ſtatuimus *c)* ſi modò moderamen inculpatæ tutelæ adhibitum fuerit.

a) *Myns. in rubr Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* b) *§. ſingulorum Inſt. eod.* c) *per l. ut vim. 3. ff. de inſt. & jur. l. 1. §. vim vi 27. ff. de vi & vi arm. l. 45. §. qui cum aliter & l. 4. ad l. Aquil. l. 2. 3. C. ad l. Corn. de Sicar.*

## II.

Quod conſiſtit in MODO, ut defenſio ſit neceſſaria, & ad præſens vitæ periculum inſtituta, in TEMPORE, ut in continenti fiat non ex intervallo *a)* in CAUSA, ut videlicet juſta ſit defenſio ob perſonam & honorem facta, & non fiat animo ulciſcendi, ſed injuriam propulſandi *b)* Æqualitatem autem armorum non requirimus. *c)*

a) *l. 3. §. 9. & l. 17. ff. de vi & vi arm. l. 1. C. unde vi aliàs enim magis ſaperet ultionem quàm defenſionem, quod tamen non procedit in defenſione rerum per gloſſ. in d. l. 3.* b) *l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. Gail. 2. obs. 110. & 1. obs. 16. de pac. pub. Bronch. cent. 6. aſſ. 51. optimè facit l. 3. C. ad l. Corn. de Sicar.*

## III.

Eorumque ſententiam approbamus, qui eum cui vis



infer-

infertur, neque ad fugiendum teneri putant.

*argum.l.3.de juſt.& jur. Vasq.1.contr.18.V Veſenb.conſ.19.n. 17. & ad §.2.Inſt.de l.Aquil. vide quoq; conſtitutionem criminalem Car.V.art.140.*

IV.

Qui verò hoc moderamen exceſſerit, ordinaria homicidii pœnâ non punietur.

*argum.l.ſi adulterium 38.§. Imperator.ff.de adult.l.14.§.ſi libertus ff.de bon.libert.l.1.§.ult.ff.ad l.Cor.de Sicar.l.Gracchus C. ad l.Iul.de adult.& l.48.ff.de R.I. Menoch.arb.jud.caſu 278.Gail. 2.obſ.110.n.15.*

V.

In utramq; partem vetus illa & difficilis quæſtio agitata eſt, an Princeps legibus ſolutus ſit? quòd affirmamus *a)* quamvis legibus ipſe vivat. *b)*

a) *l.31.ff.de leg.l.23.de legat.3.eleganter & nervosè Ampliſſ. & Conſultiſſ.Dn.præcept.Vult.in ſuis inſt.ad §.ſed & quod de jure nat.gent.& civ.* b) *§.fin.inſt.quib.mod.teſt.infir.l.digna vox C. de legib.l.un.§.14.C.de cad.tollend.vide varios Dd variè diſſent. apud Treutl.part.1.diſp.1.th.6.lit.b.*

VI.

Cum tralatitium ſit legibus non omnia ſancienda eſſe, ſequendi etiam ſunt mores & conſuetudines, quæ legem ſcriptam abrogare & tollere poſſunt.

*l.32.§.1.l.35.& 37.ff.de leg.§.pen. Inſt. de I.N.G. & C. Donell. 1.com.10.Duar.2.diſput.32.Gail. 2.obs.31. Conſultiſſ.Dn.præcept. Gœdd.ad l.102.de V.S.Heig.1.qu.1.num.97.Bronch.1.cent.9.Pac.1. cent.14.*

VII.

Controverſum eſt an plebeius à nobili adoptatus fiat nobilis? affirmamus, diſtinguendo inter nobilitatem generis & gentis.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*Cujac.8.obs.56.vide Gothofr.in l.1.§.4.ff.unde.cog.Bodin.de Rep.lib.3.c.8.*

VIII.

Pœnam tranſcendentis muros etiam cujusq; civitatis capitalem, non verò arbitrariam exiſtimamus.

*per §.ſancta Inſt.de rer.diviſ.l.8.§.2.& l.ult.ff.eod.Dn Gœdd. ad l.5.n.17.de V.S.Diſſ.VVeſenb.& Schneid.d.§.inſt.eod.Menoch. 2.arbitr.q.cent.5.caſu 83.n.6.*

IX.

In ſcrupuloſa materia jurisdictionis, non infimum locum obtinet & hæc quæſtio: An delegatus Principis cauſas tueri imperii poſſit ſubdelegare? quod negandum cenſemus.

*per pr.l.1.ff.de off ejus cui mand.l.ſolet.ff.de off.proconſ.l.nemo poteſt.ff.de R.I.Couvarr.cap.ult.lib.3.var.reſolut.Menoch.arbit. jud.q.54.Fach.1.cont.47.*

X.

Is qui jurisdictioni præeſt ſibi ſuisque jus dicere nequit.

*l.20.ff.de jurisd.l.13.ff.quod met.cauſ.l.1.§.2.ff.quod legat.l. 17.ff.de judic.l.5.in pr.ff.de injur.l.51.de arbitr.l.fin.§.penul.C.ubi Senator.l.un.& rubr.C.ne quis in ſua cauſ.Donel.17.com.25.Duar.1.diſp.51.Dn.Vult.ad §.omnium n.48.Inſt.de act.Coraſ.4.miſcell.9.Pac.3.q.31.*

XI.

Citatus ad unam cauſam ſi compareat, ad aliam ad quam citatus non eſt, reſpondere non cogitur.

*Bald.in l.ſi accuſatoribus n.13.C.de accuſat.& in l.cum fratrem in fin.C.de his quib.ut indig.Gail.1.obſ.51.n.7.vide Marant. part.6.de citat.n.13.*

XII.

Pignoribus caveri, ſed non ſatisdari poſſe etiam hodie de jure civili verius eſt.

*l.1.§.5.l.7.ff.de præt.ſtip.& l.1.ff.qui ſatisd.cog.l.3.C.de V.S.*

*Nov.53.c.2.&3.§.2.& Nov.112.c.2.Dn.Gæd.de contrah.ſtip.ca.5. conclus.21.n.298.*

## XIII.

Quæſitu dignum eſt an l.2.C.de reſcind.vend.in tranſacti-onibus locum ſibi vindicet? magis negantium arridet opinio.

*l.Lucius 78.§ ult.ff.ad SCTm Trebell.l.65.§.1.& ibi Gothofr. de cond.in deb.l.ult.in fin. C.de plus.pet.l.11.& 33.C.hic.l.21.de dol.l.20.de transact.Don.ad d.l.2.de reſcind.vend.n.61.Borch.de trãsact.c.4.n.22.Gail.2.obſ.70.n.3.& ſeqq.Mynſ.1.obſ.33. Bronch. 2.aſſ.58.Diſſ.Fach.2.contr.26 VVeſenb.in par.hic.num.8.in fin.*

## XIV.

Spurii neq; juris neq; facti infamia notantur *a)* verùm illos levis notæ maculâ eſſe aſperſos non inficias imus.

a) *l.2.§.7.l.3.§ ſpurios & l.6.ff.de decur.argum.l.ſi quis ſuo §. legis C.de inoff.teſt.l.131.ff.de V.S.l.ſancimus 22.C.de pœn.l.crimẽ. ff.eod.argum.§.ſufficit.Inſt.de ingen.* b) *argum.l.fratres 27.C. de inoff.teſt.Schneid.ad §.non autem liberis.n.17.Inſt.eod.Hartm. Piſt.1.q.30.Pallæot.de ſpur.& not.c.55.& ſeq.Fach.4.contr.39.Diſſ. Mynſ.4.obs.31.*

## XV.

In ambiguitate verſatur,an procurator in criminalibus cauſis ad defendendum reum admittatur? diſtinctione hæc controverſia dirimenda eſt.

*Dn.præcept.Vult.1.diſcept.11.Cujac.20.obſer.20.Fach.1.cont. 26.latiſſ.Menoch.1.arbitr.jud.q.80.Dan.Moll.lib.1.ſem.c.24.*

## XVI.

Adoleſcens in lecto cum puella repertus, ſi ob metum reverentialem promiſit ſe eam ducturum uxorem, non gaudebit beneficio reſtitutionis in integrum

*l.3.5.& 6.ff.quod met.cau.l.184.de R.I.l.22.ff.de rit.nupt.& ibi gloſſ.in verb.videtur c.venians.de ſponſal.Menoch.de matr. fol.83.Covar.part.2.c.3.§ 6.n.3.& 4.Gail.obſ.39.n.22.& obſ.147.*

*num.*

*num.17.Fach.2.contr.96.Pac.cent.2.q.67.Treutl.2.diſp.6.th.5.lit.d.Bronch:3.aſſ:5.*

XVII.

Major 25.ann.contra quem præſcribitur, non poteſt objicere ignorantiæ exceptionem, & ita ex eadem reſtitutionem petere.

*l.1.de uſucap:l.un.C.de uſucap:transfor:argum:l.fin.C.de long:temp:præſcript: VVeſenb:in parat:n.10.l.ſicut 3.C.de præſcr.30.vel 40 ann.l.4.C.eod.l.ult.C.de fund.patrim.Diſſ.Gail.2.obſ.19.n.19.& obſ.48.n.13.Vaſq.2.cont.75.*

XIIX.

Non eſt ſufficiens exheredandi cauſa,cum filius ſe exheredem voluerit, vel propriâ manu ſcripſerit.

*argum.Nov:115.c.3.in pr.l.nemo poteſt ff.de legat:1.l.94.ff.de acquir:heredit:l.fin.C.de pact.l.35.§ illud C.de inoff:teſt: Vaſq.3.contro.106.n.22.*

XIX.

Bonæfidei poſſeſſor tam naturales quàm induſtriales fructus facit ſuos.

*§.ſi quis à non domino.Inſt:de rer:diviſ:l.48.in pr.& §.& ovium ff.de acquir:rer:dom:l.136.ff.de R.I.l.qui ſcit.25.§.1.verſ.præterea & l.28.ff.de uſur.l.78.ff.de rei vind.l.22.C.eod.Pinell.ad l.2.C.de reſcind:vend:part:2.c.4.n.59.Anton:Fab:4.contr:c.17.Dn.Vult.diſcept:c.20.*

XX.

Uſufructuarium omnium bonorum ex teſtamento neq; ad debita hereditaria,neq; ad ſolutionem legatorum obligari verius eſt.

*l.1.C.ſi cert:pet:l.33.ff.de legat:2.l.ult.ff.de uſufr: legat:l.fin:§ ſin autem æs C.de bon:quælib:l.1.§.heres:ff.ad Trebell:l.uſufructu 69.ff.ad l.Falcid: Gail:2.obs.146.Dn.Gœdd:ad l.bonorum 49.n.12.& ad l.165.n.5.ff.de V.S.Fach:4.cont:19.*

Vici-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/9
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

XXI.

Vicinus vicino, ex cujus ædibus incendium oritur, damnum reſarcire non tenetur, niſi probetur culpa certæ perſonæ excitatum fuiſſe.

*argum. l incendium ubi gloſ C ſi cert pet l pen de incend. l qui accuſare C de edend Menoch arbit jud caſu 390 Cujac 17. obſ 29 Gail 2 obſer 21 & 22 Hott 5 obs 10 pleniſſimè Dn Virgil. Pingitz decis Ienenſ 24 Arum diſp pand 11 th. 7.*

XXII.

Studioſè inveſtigatur, an ſumtus ſtudiorum cauſa facti, ut ſunt libri, mercedes, impenſæ in gradus Magiſterii vel Doctoratus, debeant conferri? neg.

*per l 50 ff fam. erciſc l 1 §. 16 ff de collat argum l. pen ad exhib & l un C de perſ ſucceſſ par l 5 C. ad SCTum Maced. Cujac. 3 obſ 30 Hart Piſt lib 1 q. 19. VVeſenb. in par de collat dot nu. 3 Schneid ad § 20 Inſt de act n 42. & ſeqq vide Vital. Nemaus. de collat. q. 18 & Landt. lib. 1 art 10. & 15.*

XXIII.

Juramentum vi metu nè extortum jure civili non eſt obligatorium, nec opus eſt abſolutione.

*per auth. Sacramenta puberum C ſi adver. vend. c non eſt oblig de reg jur in 6. c cum contingat de jurejur. & in c quamvis de pact Duar c ult de jurej Gail 2. obſ 42. Pac. cent. 3 aſſ. 79.*

XXIV.

Ardua eſt concertatio, num condictio furtiva contra furis heredes competat in ſolidum, an verò in quantum ad eos pervenit? prius affirmamus.

*l 9 ff de condict furt § ſic itaq. Inſt de act § fin. Inſt de oblig. quæ ex delict l 7 § fin ff hîc § 9 Inſt ad l Aquil. l 12 C de cōd furt. § non autem Inſtit de perp & temp. act. l. 35. de O. & A. l 6. § 3. ff. rer. amot. l. 21. § 5. ff. eod.*

Filius-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370664620/10 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

## XXV.

Filiusfam. SCTo. Macedoniano non poteſt renunciare *a)* ſecus eſt in beneficio mulieris SCTi. Vellejani *b)*. ſi modò de jure ſuo eſt certiorata *c)* id quod etiam requiritur ſi juratò renunciet. *d)*

a) *l.3.§pen:l.9.§ 3.l.11. ad Maced: l. jus publicum ff. de pact: l.40. in pr. ff. de condict: indeb: § pen: Inſt: quod cum eo qui in alien: pot: VVeſenb: in parat: Dn. Vult: in Juriſpr: Rom: lib.1.c.31. Diſſent: Zaſ:* b) *l.pen. C. de pact: l.22. C. ad Sctm: Velle: l. final. § 4. ff. eod: Nov: 118. c.5. auth. matr: & aviæ C. quando mulier tut: off. fung.* c) *argum. l.9. in pr. ff. de jur. & fact. ign. argum. l.19. § cæterum ff. de inoff. teſt.* d) *argum. l. ult. C. de except. non num. pec. c. veniens c. quinta vallis de jurej. Gail. 2. obſ. 77. Dn. Gædd. de contrah. ſtip. c.7. n.298 Fach. 2. cont. 69.*

## XXVI.

Jus accreſcendi in emtorem hereditatis tranſit.

*argum. l. hereditas de R. I. l.2. in pr. & § 18. ff. de hered. vel act. vend. l. ſi Titio 33. § 1. ff. de uſufr. l.9. in fin. ff. com. præd. Duar. de jure accreſc. lib.2. c.6. Diſſ. Treutl. part.1. diſput. 28. th.12. & Fach. 10. contr. 3. & 69.*

## XXVII.

Uſuræ debentur vel ex pacto, ut in contractibus bonæ fidei *a)* vel ex ſtipulatione tantum, ut in ſtricti juris contractibus *b)* niſi res ſint in obligatione quæ conſtent menſura *c)*. Huic conſequens eſt, quòd nec per litis conteſtationem in ſtricti juris judiciis uſuræ deberi incipiant. *d)*

a) *l. Lucius 24. l.26. §.1. ff. depoſ. l.17. § 4. ff. de uſufr. l.34. in pr. ff. mad. l. initio C. de pact. inter empt. & vend. l.3. & 4. C. de uſur. l.7. § 5. de pact. Cujac. 8. obſ. 10.* b) *l.10. §.4. mand. l.31. 41. in fin. ff. de uſur.* c) *l.24. ff. de præſcript. verb. l.12. C. hic. & ibi Gothofr. cujus ratio eſt in l. ſi ea lege l. oleo C. eod.* d) *l.3. & l. videamus 38. § ſi actionem ff. hic. d. l.24. ff. de præſ. verb. Duar. hic. c.2. & Borch. c.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370664620/11 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*3.Cujac.14.obſer.22.&7.ad Afric.in l.37.de uſufr.Bronch.2.aſſ.82. Diſſ.Coraſ.2.miſc.7.VVeſenb.in par.hic.n.3.*

XXIIX.

Cum probationes, præſertim in criminalibus, debeant eſſe liquidæ, & ut noſtri ajunt luce meridiana clariores, non approbamus immerſionem ſagarum in aquam frigidam. *a)* Et nec effluxio ſauguinis ex cadavere occiſi eſt ſufficiens ad torturam, niſi alia pluria indicia concurrant. *b)*

a) *argum.l.fin.C.de probat.Petr.Heig.part.2.q.39.* b) *l.3.& 8.§1. C.de quæſt.l.18.§1.& l.20.ff.eod.Levin.Lemn.lib.2.c.7.*

XXIX.

Ambiguam habet diſquiſitionem, utrum vitiata ab alio ignoranter ducta repudiari poſſit? affirmativam tuebimur.

*l.30.ff.de rit.nupt.Leo Imp.in Nov.93.l.30. de R.I.l. Julianus §ſed etſi ff.ad exhib.l.ex emto 11.§ſi quis virg.ff.de act.emt.l.7.ff. de dolo.Beuſt.de mat.p.2.q.34.Beza de divort.Reuſn.1.conſult.q. 5.n.78.& 79 qui fatetur hanc ſententiam in curiis Eccleſiaſticis obſervari.Schneid.de nupt.parte 4.n.61. Diſſ.VVeſenb.in parat. hic n.8.Bronch.cent.3.aſſ.3.*

XXX.

Tutoris dationem neq; imperii neq; jurisdictionis ſed ſpecialis permiſſionis eſſe, aſſerimus.

*l.6.§2.ff.de tut.l.nec mandante §in pr.& l.1.§1.ff.de tutor.& curat.dat.l.1.ff.de teſt.tut.l.3.ff.qui pet.tut.l.19.ff.de tut.& curat. Don.3.com.7.Cujac.7.obſ.21.& 15.obſer.19.Coraſ.5.miſcell.24.Dn. Vult.1.diſcept.1.Rob.1.animad.21.Schneid.ad § nos autem Inſt.de Att:tut:Myns:ad §ſed hoc jure Inſt:eod.n.6.& ſeqq:Bronch:cent: 1.aſſ.19.Pac.5.q.69.*

XXXI.

Hoc in loco eorum amplectimur ſententiam, qui numerũ teſtium in teſtamentis adhibitum, nec tempore peſtis minui poſſe contendunt, quamvis circa eorum eodem tempore con-

ventio

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370664620/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ventionem aliquid relaxatum eſſe non abnuant.

*per l.8.C.de teſtam.Fach.5.contr.92.Diſſ. Bald.ad l.ult in fin: verſ.ſin autem in illo C.de teſtam.& Gotofr.add l.8. C.eod. aliter diſſentit Gail.2.obſ.118.n.18.Mynſ.1.obſ.16.quam ſententiam Illuſtriſſ. Elector Aug.part.3.conſtit.4. comprobavit per l.1.ff.de teſt: milit.& l.7.ad SCTm.Trebell.& l.1.ff.de dam.infect.*

XXXII.

Coronidis loco illa ſit quæſtio: an in criminalibus cauſis fidejuſſor admittendus ſit, ſi propter crimen commiſſum pœna corporis irrogatur? negativa potior eſt.

*l.Divus 3 ff de cuſtod.& exhib.reor.l.3.qui ſatisd.cog.l.liber homo & argum l.51.§.2.verſ.cum neq; ff.ad l.Aquil.l.3.C.de Epiſcop.aud.l.abſentem 5.ff.de pœn.& l.ſancimus.C.eod.c.ſi clericos 15.extr.de ſent.excom.c.ſi non licet 23.q.5.Bart.in l.4.ff.de cuſt & exhib.reor.Bald.in l 1.n.7. C.ne filius pro patr. Menoch: 2.arb.q.303.n.15.VVeſenb.in parat.hic.n.4.*

---

IN MISCELLANEAS QUÆSTIONES LL. ſtudioſiſſimi GEORGII SCHUTZII Weiſſenfeld.

AD ſcopon egregiè collimans SCHUTZE THEMISTOS
GEÔRGI, tuæ ſpes patriæ non ultima,
Omnibus obſequium præſtare, & lædere nullum
Ad gratiam ſine invidia eſt via optima.
Noſſe Themin, ſtudio & ſeſe exercere forenſi
Ad gloriam cum re via eſt rectiſſima.
Naturæ primas in agendo, Artiq; ſecundas,
Exercitationi aſſigno tertias
Temporis hic ordo eſt, ſed ſi ſpectetur honoris
Potentiæq;, prima exercitatio eſt.

Tuna-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370664620/13 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Tu naturæ artem, Meleten conjungis utriq;,
O quàm probe! manent te pulcra præmia.
Dummodo te non deſtituat TRIAS illa quod optas,
Tantùm velis: nihil volenti eſt arduum.

*Rodolphi Goclenij Senioris.*
*Hexametro-Jambici.*

AL MEDESIMO SIGN. GEORGIO SCHUTZ
amico mio ſuiſceratiſſimo.

*Viver eternamente,*
*Anco dopo'l morir, ſe de le Muſe*
*Opra è, Tu le rinchiuſe*
*Giorgio tutte hai nel petto, e nel cervello*
*Pulito come bello.*
*E ſe ben molti affanni, e molte noie*
*Soffriſti, hor le gioie*
*Che n' haraj, tanto grate*
*Ti ſeran, e delicate;*
*Che ſentendo il gioire,*
*Tu non ti pentiraj maj del ſoffrire.*

Corrado Seuringio.

FINIS.

Op. jurid. 156 g

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/15
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370664620/16
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft